# WHIT MONDAY

Errors? help@extraordinaryform.org

**INTROIT Psalms 80: 17**

Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúja: et de petra, melle saturávit eos, allelúja, allelúja. (Ps 80: 2) Exsultáte Deo, adjutóri nostro: jubiláte Deo Jacob. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúja: et de petra, melle saturávit eos, allelúja, allelúja.

He fed them with the fat of wheat, alleluia; and filled them with honey out of the rock, alleluia, alleluia. (Ps. 80: 2) Rejoice to God our helper; sing aloud to the God of Jacob. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. He fed them with the fat of wheat, alleluia; and filled them with honey out of the rock, alleluia, alleluia.

**COLLECT**

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum: concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum; ut, quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O God, Who didst give the Holy Spirit to Thine Apostles, grant to Thy people the effect of their pious petition, and, as Thou hast given us faith, bestow also upon us peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Acts 10: 34, 42-48**

In diébus illis: Apériens Petrus os suum, dixit: Viri fratres, nobis præcépit Dóminus prædicáre pópulo: et testificári, quia ipse est, qui constitútus est a Deo judex vivórum et mortuórum. Huic omnes Prophétæ testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. Adhuc loquénte Petro verba hæc, cecidit Spíritus Sanctus super omnes, qui audiébant verbum. Et obstupuérunt ex circumcisióne fidéles, qui vénerant cum Petro: quia et in natiónes grátia Spíritus Sancti effúsa est. Audiébant enim illos loquéntes linguis et magnificántes Deum. Tunc respóndit Petrus: Numquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizéntur hi, qui Spíritum Sanctum accepérunt sicut et nos? Et jussit eos baptizári in nómine Dómini Jesu Christi.

In those days, Peter opening his mouth, said: Men, brethren, the Lord commanded us to preach to the people, and to testify that it is He Who was appointed by God to be judge of the living and of the dead: to Him all the prophets give testimony, that through His name all receive remission of sins, who believe in Him. While Peter was yet speaking these words, the Holy Ghost fell on all them that heard the word; and the faithful of the circumcision, who came with Peter, were astonished, for that the grace of the Holy Ghost was poured out upon the Gentiles also: for they heard them speaking with tongues, and magnifying God. Then Peter answered, Can any man forbid water, that these men should not be baptized, who have received the Holy Ghost as well as we? And he commanded them to be baptized in the name of the Lord Jesus Christ.

**ALLELUIA Acts 2: 4**

Allelúja, allelúja. Loquebántur váriis linguis Apóstoli magnália Dei. Allelúja. (*Hic genuflectitur*) Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem accénde.

Alleluia, alleluia. The Apostles spoke in divers tongues the wonderful works of God. Alleluia. *(Genuflect)* Come, Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful: and kindle in them the fire of Thy love.

**SEQUENCE *VENI SANCTE SPIRITUS***

Veni, Sancte Spíritus,
Et emítte cælitus
Lucis tuæ rádium.
Veni pater páuperum,
Veni dator múnerum,
Veni lumen córdium.
Consolátor óptime,
Dulcis hospes ánimæ,
Dulce refrigérum.
In labóre réquies,
In æstu tempéries,
In fletu solátium.
O Lux beatíssima,
Reple cordis íntima
Tuórum fidélium.
Sine tuo númine,
Nihil est in hómine,
Nihil est innoxium.
Lava quod est sórdidum,
Riga quod est áridum,
Sana quod est sáucium.
Flecte quod est rígidum,
Fove quod est frígidum,
Rege quod est dévium.
Da tuis fidélibus,
In te confidéntibus,
Sacrum septenárium.
Da virtutútis méritum,
Da salútis éxitum,
Da perénne gáudium.
Amen. Allelúja.

Come, Thou Holy Spirit, come,
And from Thy celestial home
Shed a ray of light divine.
Come, Thou Father of the poor,
Come, Thou source of all our store,
Come, within our bosoms shine,
Thou of Comforters the best,
Thou the soul's delightful guest,
Sweet refreshment here below.
In our labor rest most sweet,
Pleasant coolness in the heat,
Solace in the midst of woe.
O most blessed Light divine,
Shine within these hearts of Thine,
And our inmost being fill.
Where Thou art not, man hath nought,
Nothing good in deed or thought,
Nothing free from taint of ill.
Heal our wounds, our strength renew,
On our dryness pour Thy dew,
Wash the stains of guilt away.
Bend the stubborn heart and will,
Melt the frozen, warm the chill,
Guide the steps that go astray.
On Thy faithful who adore,
And confess Thee evermore,
In Thy sevenfold gifts descend.
Give them virtue's sure reward,
Give them Thy salvation, Lord,
Give them joys that never end.
Amen. Alleluia.

**GOSPEL John 3: 16-21**

In illo témpore: Dixit Jesus Nicodémo: Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam. Non enim misit Deus Fílium suum in mundum, ut júdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicátur; qui autem non credit, jam judicátus est: quia non credit in nómine unigéniti Fílii Dei. Hoc est autem judícium: quia lux venit in mundum, et dilexérunt hómines magis ténebras quam lucem: erant enim eórum mala ópera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguántur ópera ejus: qui autem facit veritátem, venit ad lucem, ut manifesténtur ópera ejus, quia in Deo sunt facta.

At that time, Jesus said to His disciples, God so loved the world, as to give His only-begotten Son; that whosoever believeth in Him may not perish, but may have life everlasting. For God sent not His Son into the world to judge the world, but that the world may be saved by Him. He that believeth in Him is not judged, but he that doth not believe is already judged, because he believeth not in the name of the onlybegotten Son of God. And this is the judgment: because the light is come into the world, and men loved darkness rather than the light, for their works were evil: for every one that doth evil hateth the light, and cometh not to the light, that his works may not be reproved: but he that doth truth cometh to the light, that his works may be made manifest, because they are done in God.

**OFFERTORY Psalms 17: 14, 16**

Intónuit de cælo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam: et apparuérunt fontes aquárum, allelúja.

The Lord thundered from Heaven, and theHighest gave His voice; and the fountains of waters appeared, alleluia.

**SECRET**

Propítius, Dómine, quǽsumus, hæc dona sanctífica: et, hóstiæ spiritális oblatióne suscépta, nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Graciously sanctify these gifts, we beseech Thee, O Lord, and, accepting the offering of the spiritual sacrifice, perfect us as an eternal offering to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**PREFACE FOR PENTECOST**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum sanctum (hodiérna die) fílios adoptiónis effúdit. Qua própter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: through Christ our Lord. Who, ascending above all the heavens and sitting at Thy right hand, poured out (on this day) the promised Holy Spirit upon the children of adoption. Wherefore the whole world doth rejoice with overflowing joy and the heavenly hosts also and the angelic Powers sing together the hymn of Thy glory, evermore saying:

**COMMUNICANTES FOR PENTECOST**

Communicántes, et diem sacratíssimum Pentecóstes celebrántes, quo Spíritus Sanctus Apóstolis, innúmeris línguis appáruit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomǽi, Matthǽi, Simónis: et Thaddǽi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiánis: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Communicating with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Ghost appeared to the Apostles in countless tongues and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, of your blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

**HANC IGITUR FOR PENTECOST**

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tribuens eis remissiónem ómnium peccatórum, quǽsumus Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári: Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Ghost, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation, and rank us in the number of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

**COMMUNION John 14: 26**

Spíritus Sanctus docébit vos, allelúja: quæcúmque díxero vobis, allelúja, ailelúja.

The Holy Ghost shall teach you, alleluia, whatsoever I shall have said to you, alleluia, alleluia.

**POSTCOMMUNION**

Adésto, quǽsumus, Dómine, pópulo tuo: et, quem mystériis cæléstibus imbuísti, ab hóstium furóre defénde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Be present, we beseech Thee, O Lord, with Thy people and defend against the fury of the enemy those whom Thou hast imbued with Heavenly mysteries. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God forever and ever.